A. D. 1912. N^rus III.

CURRENDA

MOTU PROPRIO

DE DIEBUS FESTIS.

Supremi Disciplinae Ecclesiasticae custodes et Moderatores Pontifices Romani, si quando christiani populi bonum id Ipsis suaderet, sacrorum Canonum sanctiones relaxare benigne consueverunt. Nos quidem Ipsi, quemadmodum iam alia, ob mutatas temporum et civilis societatis conditiones, immutanda existimavimus, ita etiam in praesens ecclesiasticam legem de festis diebus ex praecepto servandis, ob peculiaria aetatis adiuncta, opportune temperandam censemus. Lata enim terrarum marisque spatia, mira nunc celeritate homines percurrunt, facilioremque per expeditiora itinera aditum ad eas nationes nanciscuntur, quibus minor est festivitatum de praecepto numerus. Aucta etiam commercia, et citatae negotiorum tractationes videntur ex interposita frequentium fostorum dierum mora aliquid pati. Succrescens denique in dies rerum ad vitam necessariarum pretium stimulos addit, ne saepius servilia opera ab illis intermittantur, quibus est victus labore comparandus.

His de causis iteratae praeces, praesertim postremis hisce temporibus, Sanctae Sedi adhibitae sunt, ut festivitatum de praecepto numerus minueretur.

Haec omnia Nobis animo repetentibus, qui unam christiani populi salutem cordi habemus, opportunum maxime consilium visum est, festos dies ex Ecclesiae mandato servandos imminuere.

Itaque, Motu Proprio et matura deliberatione Nostra, adhibitoque consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui ad Ecclesiae leges in Codicem redigendas incumbunt, haec, quae sequuntur, de festis diebus edicimus observanda.

I. Ecclesiastico praecepto audiendi Sacri et abstinendi ab operibus servilibus hi tantum, qui sequuntur, dies subiecti manebunt: Omnes et singuli dies dominici, festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae et Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Almae Genitricis Dei Mariae, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Omnium denique Sanctorum.

II. Dies festi Sancti Joseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis, et Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, uterque cum octava, celebrabuntur, tamquam in sede

propria, prior, Dominica insequente diem XIX Martii, immoto permanente festo, si dies XIX Martii in Dominicam incidat; alter, Dominica, quae festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum antecedat. Festum vero Sanctissimi Corporis Christi idemque cum octava privilegiata, Dominica post Sanctissimam Trinitatem, tamquam in sede propria, celebrabitur, statuta pro festo Sacratissimi Cordis Jesu feria VI intra octavam.

III. Ecclesiastico praecepto, quod supra diximus, dies festi Patronorum non subiacent. Locorum autem Ordinarii possunt solemnitatem exteriorem transferre ad Dominicam proxime sequentem.

IV. Sicubi aliquod festum ex enumeratis legitime sit abolitum vel translatum, nihil inconsulta Sede Apostolica innovetur. Si qua vero in natione vel regione aliquod ex abrogatis festis Episcopi conservandum censuerint, Sanctae Sedi rem deferant.

V. Quod si in aliquod ex festis, quae servata volumus, dies incidat abstinentiae vel ieiunio consecratus, ab utroque dispensamus; eamdemque dispensationem etiam pro Patronorum festis, hac Nostra lege abolitis, concedimus, si tamen solemniter et cum magno populi concursu ea celebrari contingat.

Novum Apostolicae sollicitudinis argumentum huiusmodi praebentes, spem Nos certam fovemus, fideles universos iis etiam diebus, quos nunc de numero festivitatum praecepto obstrictarum expungimus, suam in Deum pietatem et in Sanctos venerationem, non minus quam antea, fore testaturos, ceterisque diebus festis, qui in Ecclesia servandi supersunt, diligentiore, quam antehac, studio observandum praeceptum curaturos.

Contrariis quibusvis, licet speciali et individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud. S. Petrum, die II. mensis Julii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO RITUUM.

1.

URBIS ET ORBIS.

Evulgato *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X. *De diebus festis,* diei 2. Julii vertentis anni, nonnulli Sacrorum Antistites, ne accidat, ut dies Octava S. Joseph, in Dominicis privilegiatis Quadragesimae occurrens, nullam in Officio et Missa commemorationem accipiat, et Officium dierum infra Octavam, Tempore Passionis adveniente, saepius omitti debeat, ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro instantissime petierunt, ut ad augendum cultum erga S. Joseph, Ecclesiae Universalis Patronum, Festum Eius die 19. Martii sine feriatione et sine Octava recolatur; Festum vero Patrocinii Eiusdem iuribus et

privilegiis omnibus, quae Patronis principalibus competunt, augeatur, et sub ritu duplici primae classis cum Octava celebretur, prout iam in aliquibus locis et institutis recoli legitime consuevit; eo vel magis quod Tempus Paschale aptius recolendae solemnitati conveniat, et Festum idem in Dominica III. post Pascha nunquam impediri valeat.

Item Rmi Episcopi, quoad Solemnitatem Sanctissimi Corporis Christi ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro humillimis precibus postularunt, quod, remanente Feria V. post Dominicam Ssmae Trinitatis Eius Festo, absque tamen feriatione, externa Solemnitas ad insequentem Dominicam transferatur.

Sanctissimus Dominus Noster, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, audito Commissionis Liturgicae suffragio, huiusmodi votis clementer deferens, firmo remanente *Motu Proprio* quoad reliqua Festa, statuit et decrevit:

I. Festum Natale S. Joseph, die 19. Martii, sine feriatione et sine Octava, sub ritu duplici primae classis recolatur, adhibito titulo: *Commemoratio Solemnis S. Joseph, Sponsi B. M. V., Confessoris.*

II. Festum Patrocinii Eiusdem S. Joseph Dominica III. post Pascha, sub ritu duplici I. classis cum Octava, addita Festi primarii qualitate, recolatur sub titulo: *Solemnitas S. Joseph, Sponsi B. M. V., Confessoris, Ecclesiae Universalis Patroni.*

III. Diebus infra Octavam et die Octava Solemnitatis S. Joseph adhibeatur Officium, uti prostat in Appendice Octavarii Romani.

IV. Festum Sanctissimae Trinitatis, Dominicae I. post Pentecosten affixum, amodo sub ritu duplici primae classis recolatur.

V. Festum Sanctissimi Corporis Christi celebretur, absque feriatione, sub ritu duplici primae classis et cum Octava privilegiata, ad instar Octavae Epiphaniae, Feria V. post Dominicam Ssmae Trinitatis, adhibito titulo: *Commemoratio Solemnis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Jesu Christi.*

VI. Dominica infra Octavam huius festivitatis, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, recitato Officio cum relativa Missa de eadem Dominica, unica Missa solemnis cani potest, ut in Festo, cum *Gloria,* unica Oratione, Sequentia, *Credo* et Evangelio S. Joannis in fine. Ubi vero non adsit Missae Conventualis obligatio, addatur sola commemoratio Dominicae sub distincta conclusione, eiusque Evangelium in fine. Hac vero Dominica peragatur solemnis Processio cum Ssmo Sacramento, praescripta in Caeremoniali Episcoporum, lib. II., cap. XXXIII.

VII. Feria VI. post Octavam celebretur, ut antea, Festum Sacratissimi Cordis Jesu, sub ritu duplici primae classis.

Valituro praesenti Decreto etiam pro Familiis Regularibus et Ecclesiis, ritu latino a Romano diverso utentibus. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 24. Julii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

(L. S.)

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

2.

DECRETUM.

Ad quasdam liturgicas questiones de diebus Festis nuper propositas enodandas, inspecto *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostrii Pii Papae X. diei 2. Julii vertentis anni 1911, una cum subsequenti Decreto *Urbis et Orbis* Sacrorum Rituum Congregationis diei 24. eiusdem mensis et anni, Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, atque approbante Ipso Sanctissimo Domino Nostro, haec statuit ac declaravit:

I. Quum Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae in posterum celebrandum sit Dominica immediate antecedente Festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac proinde duae Octavae simul occurrere possint; hoc in casu agatur Officium de Octava Nativitatis S. Joannis cum commemoratione Octavae Ss. Apostolorum.

II. Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistae affigatur Sabbato ante Dominicam, quae praecedit Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Quando in hoc Sabbato simul occurrant Vigilia Nativitatis S. Joannis et Vigilia Ss. Apostolorum, fiat Officium de prima, cum commemoratione alterius in Missa tantum. Si vero in Sabbato incidat Festum sive Officium ritus duplicis aut semiduplicis, nona lectio erit de Vigilia Nativitatis S. Joannis, et in Missa fiat commemoratio utriusque Vigiliae.

III. In Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, in casu praecedenti, dicatur post Nonam Missa de Vigilia Nativitatis S. Joannis cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum. Si vero occurrat Festum IX lectionum, dicantur duae Missae Conventuales, una de Officio currenti post Tertiam, altera de Vigilia Nativitatis S. Joannis post Nonam, cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum.

IV. Si Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae incidat in diem 28. Iunii, secundae Vesperae integrae erunt de hac solemnitate, cum commemoratione sequentis Festi Ss. Apostolorum, iuxta Rubricas.

V. Quum ex Decreto supracitato diei 24. Iulii 1911. ad instar Octavae Epiphaniae sit privilegiata Octava Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C., infra hanc Octavam prohibentur, etiam, tum Missae votivae pro sponsis, tum Missae cum cantu de Requie pro prima vice post obitum, vel eius acceptum nuntium; die vero Octava prohibentur Missae privatae de Requie, quae die vel pro die obitus alias cum exequiali Missa permittuntur.

VI. Missa cum cantu de Requie die vel pro die obitus aut depositionis praesente, insepulto, vel etiam sepulto, non ultra biduum, cadavere, vetita est in sequentibus Festis nuper suppressis, nempe Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis Christi, Annuntiatonis B. M. V., Commemorationis solemnis S. Joseph et Patroni loci.

VII. Item praedicta Missa inhibetur in Festis Solemnitatis S. Ioseph, Sanctissimae Trinitatis et in Dominica, in quam transfertur solemnitas externa Commemorationis Ssmi Sacramenti.

Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 28. Julii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

(L. S.)

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

3.

DUBIUM.

Qum ex *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae diei 2 elapsi mensis Julii, Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae, a die 24. Iunii perpetuo translatum, assignatum fuerit Dominicae ante Solemnia Ss. Apostolorum Petri et Pauli, tamquam in sede propria, nonnulli Rmmi Episcopi, paragraphum quartum eiusdem *Motus Proprii* perpendentes, quo cautum est in locis peculiari Indulto Apostolico utentibus nihil esse innovandum inconsulta Sede Apostolica, huic dispositioni obtemperantes, ipsam Sanctam Sedem adierunt, reverenter postulantes a Sacra Rituum Congregatione:

Utrum Dioeceses, ubi hucusque Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae quotannis celebratum est 24. Junii cum Apostolica dispensatione a Feriatione, possint hunc diem retinere, vel potius debeant sumere praefatam Dominicam in Kalendario Universali nuper assignatam Nativitati Sancti Praecursoris Domini?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, attento novissimo *Motu Proprio* „De diebus festis“ una cum subsequentibus declarationibus, propositae quaestioni rescribendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Hanc vero resolutionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. ratam habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 7. Augusti 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

(L. S.)

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

Powyższym dekretem z d. 2. lipca 1911 „Supremi“ zniósł Ojciec św. Pius X niektóre święta, zwalniając wiernych od obowiązku słuchania Mszy św. w te dni i wstrzymania się od ciężkiej pracy służebnej. Niektórzy z wiernych przyjęli to zarządzenie z szemraniem, niepomni, że Papież postawiony na straży

całego Kościoła i wzrokiem swym obejmujący dokładnie wszystkie jego sprawy, potrzeby i niebezpieczeństwa, przecież lepiej od nich pojmuje, co służy ku pożytkowi duchownemu wiernych.

Warunki ekonomiczne tak się teraz ułożyły, że rozmaitej kategoryi robotnikom trudno przychodzi zachować przepis kościelny o święceniu świąt; zaznajomienie się ze stosunkami istniejącymi w krajach, które świąt nie zachowują, osłabienie wiary i za niem idące rozluźnienie obyczajów sprawia, że niepoliczona ilość wiernych we święta ani Mszy św. nie słucha, ani się od ciężkich robót nie wstrzymuje, nie dlatego, żeby nie mogła, ale dlatego, że nie dba, z czego wynika i obraza Boża i zguba dusz.

Zapobiedz temu złemu było myślą przewodnią dekretu „Supremi". *Na prośby jednak XX. Biskupów tej prowincyi kościelnej Ojciec św. dekretem św. Kongregacyi Soborowej z dnia 1. stycznia b. r. pozwolił, aby u nas pozostały wszystkie dotychczasowe święta w tej samej czci i zachowaniu, jak dotąd, aż do czasu, gdy zostanie ogłoszony nowy kodeks prawa kościelnego. I nadal jak dotąd wierni pod grzechem ciężkim obowiązani będą we wszystkie święta dotychczasowe wstrzymać się od prac służebnych i wysłuchać Mszy św.*

Przypomnienie to czynimy z całym naciskiem, abyśmy my biskupi nie stali się mimowolną przyczyną tych grzechów, jakie wierni popełniać będą z powodu zatrzymania u nas świąt, gdzieindziej zniesionych.

* * *

Ojciec św. Pius X. dekretem św. Kongregacyi Soborowej z dnia 3. maja 1912. *udzielił Biskupom władzy dyspenzowania od postu ścisłego i wstrzymania się od potraw mięsnych, gdyby które ze świąt do czasu zatrzymanych wypadło na taki dzień ścisłego postu lub abstynencyi.*

Na mocy tej władzy udzielamy niniejszem tej dyspenzy na wszystkie święta w naszej prowincyi kościelnej do czasu zatrzymane t. j. Oczyszczenia, Zwiastowania i Narodzenia Najśw. Maryi P., św. Michała i św. Szczepana Męczennika.

Świętom Patronów kościołów czyli parafii przysługuje ta dyspenza na mocy Motu proprio „Supremi disciplinae" num. V. (str. 42.).

Poniżej podajemy do wiadomości Breve Ojca św. Piusa X. tyczące się alienacyi dóbr klasztornych:

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. Facultates de regularium bonis in Austriaco Imperio positis alienandis deque oneribus imponendis super iisdem bonis, quas Decessor Noster ree: me: Leo PP. XIII. Similibus Literis die XVIII. mensis Septembris an. MDCCCCI. piscatoris annulo obsignatis ad Decennium protulit, nunc omnibus rei momentis attento seduloque studio inspectis perpensisque, opportunum Nos quidem ducimus in aliud temporis spatium nonnullis mutatis con-

ditionibus et clausulis prorogare. Quapropter Motu proprio, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praesentium vi Apostolicae Sedis Nuntio apud Carissimum in Christo filium Nostrum Austriae Imperatorem, Bohemiae Regem illustrem, atque Hungariae Regem Apostolicum, pro tempore existenti vel ei qui eiusdem Nuntii vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et Praesulibus, ut vocant, nullius Dioeceseos in universa super enunciati Imperatoris Austriae ditione existentibus, exceptis tamen bonis, si qua in provinciis Italicis existant, nec non Episcopo Wratislaviensi, pro parte eiusdem Dioeceseos, quae in Austriae Imperio comprehenditur, ad aliud Decennium a novissimo postremae prorogationis die computandum, facimus potestatem, cuique in sua dioecesi, concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas.

I. Alienandi bona regularium Ordinum usque ad summam florenorum octomillium monetae Austriacae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adiecta tamen conditione ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium, seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione per sacros canones ecclesiasticis viris interdicta.

II. Imponendi bonis regularium onera, quae non excedant summam florenorum quindecim millium, rationem tamen ac terminum praefiniendo, quo aes alienum dissolvatur. Quod si necessariae instaurationes ac melioramenta in aliquo regularium fundo occurrant neque aes alienum contrahi et nonnisi per alicuius boni ad eosdem regulares pertinentis venditionem necessitati providere queat; hoc in casu concedendi facultatem perficiendi venditionem cum conditione, ut, si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem fructuose collocetur, rationibus superius expositis. Quod si vendenda bona, vel onera iisdem imponenda sint, quae pretium excedant superius definitum octomillium florenorum pro venditione, et quindecim millium pro impositione, eo in casu si agatur de summa quinquaginta millium florenorum pretium non excedente, regulares suas deferre preces debebunt ad Nuntium Apostolicum, cui proinde facultatem facimus petitam veniam concedendi, si hoc in Domino expedire iudicaverit.

III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus causarum piarum, pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium, concedendi facultatem locationes et conductiones ipsas ineundi ad quindecim annos, servatis quod ad reliqua, canonicis prae scriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos et obsecundandum aliqua ratione consuetudini, quae in Austriaco imperio invaluit, ut Ecclesiasticorum bonorum possessores a respectivis conductoribus reditus seu praestationes accipiant, facultatem concedendi reditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum, ita tamen, ut illae quod ad fundos urbanos, non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore persolvenda sit, quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur, quae a conductore per anni spatium persolvatur.

IV. In casibus urgentis necessitatis, atque utilitatis religiosae familiae, in quibus ad alienationem seu onerum impositionem sine mora deveniendum sit,

facultatem largimur absque praefinita pecuniae summa (dummodo tamen non agatur de summis extraordinariis) alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adiecta conditione, ut in posterum ea de re ad Nuntium Aplicum sive directe ad S. Sedem singillatim accurateque referatur. Porro in omnibus et singulis casibus integram semper esse volumus facultatem postulationes ad Aplicam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea, ut in singulis huiusmodi concessionum casibus sive fiant ab Aplico Nuntio, sive ab Antistitibus dioecesanis, superior localis et respectivum Capitulum religiosae familiae audiatur; simulque ut ius alteri quaesitum minime laedatur; necnon canonicae praescriptiones accurate serventur, ac praesertim Constitutio fel: rec: Pauli PP. II. rec: mem: Praedecessoris Nostri, quae incipit „C u m i n o m n i b u s“ edita die XI. Maii an. MCDLXV. ac proinde in omnibus et singulis facultatibus seu concessionibus volumus ac mandamus, ut pateat et probata sit religiosae familiae necessitas vel utilitas, eumque in finem in singulis item casibus, non modo Superioris localis et respectivi Capituli consilium, ut supra dictum est, audiatur, verum etiam honesti nominis probati judicii viri antea consulantur. Praecipimus denique, ut in omnibus et singulis actis venditionis seu alienationis et onerum impositionis atque etiam locationis ad annos quindecim mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus, iubemus, mandamus, non obstantibus Pauli PP. II., aliorumque Decessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus, speciali licet mentione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Novembris MDCCCXI. Pontificatus Nostri An. Nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL
a secretis Status.

Nrus 2940.

Visitatio canonica Decanatus Pilsnoënsis.

1. Die 7. Junii a. c. horis pomeridianis ad Straszęcin veniemus ibique diebus 8. et 9. Junii sacris fungemur officiis,
2. Diebus 10. et 11. Junii in Pilzno,
3. Die 12. Junii in Dobrków,
4. Diebus 13. (consecr. Eccl.) et 14. Junii in Siedliska Bogusz,
5. Diebus 15. et 16. Junii in Lubcza,
6. Die 17. Junii in Źwiernik,
7. Diebus 18. et 19. Junii in Łęki dolne et
8. Die 20. Junii in Machowa.

Durante visitatione omnes P. T. Sacerdotes dioecesani sumant — permittentibus rubricis — quotidie in Missa collectam: *de Spiritu sancto.*

L. 1915.

Do wszystkich P. T. XX. Dziekanów w sprawie zawiadamiania kleru o rozpisanych konkursach na wakujące beneficya.

Ostatnimi czasy przekonał się Konsystorz Biskupi, że kler dyecezalny albo wcale nie, albo tylko bardzo późno dowiaduje się o wakansie probostw, a to z tej przyczyny, że niektórzy P. T. XX. Dziekani albo wcale nie zawiadamiają swoich kondekanalnych o rozpisanym na jakieś beneficyum konkursie, albo zawiadamiają tylko tych, którym egzamin quoad scientiam jeszcze nie wygasł i którzy na opróżnione beneficya podawać się mogą i zazwyczaj się podają.

Taka atoli praktyka nie odpowiada ani pojęciu konkursu, ani powszechnemu w Kościele św. zwyczajowi. Konkurs z zasady powinien być możliwie najszerzej i najdobitniej podany do wiadomości ogółu.

To też z całym naciskiem nakładamy na Przewielebnych XX. Dziekanów obowiązek następującego z konkursami postępowania:

1. Ogłoszenie konkursu, nadesłane z Konsystorza do Urzędu dziekańskiego obejdzie circulando wszystkie Urzędy parafialne w Dekanacie w ten sposób, że Ks. Dziekan, odczytawszy je swoim współpracownikom, wyśle je ze stosowną od siebie konkomitancyą, pocztą lub posłańcem, możliwie najrychlej, do najbliższego Urzędu parafialnego w swoim Dekanacie z poleceniem, aby miejscowy kler własnymi podpisami stwierdził jego otrzymanie i odczytanie i aby je jak najrychlej do sąsiedniego Urzędu parafialnego przesłał.

2. Oprócz własnoręcznych podpisów wszystkich współpracowników w duszpasterstwie zamieści każdy Urząd parafialny na odnośnym komunikacie datę otrzymania i odesłania do następującego, przez Urząd dziekański wskazać się mającego, Urzędu parafialnego.

3. Ostatni Urząd parafialny zwróci komunikat swemu Dziekanowi, a ten prześle go do Konsystorza na dowód, że wszyscy kondekanalni we właściwym czasie byli o wakansie beneficyum zawiadomieni.

L. 2006.

P. T. Rządcom parafii podajemy do wiadomości **okólnik c. k. Rady szkolnej krajowej z dnia 2. kwietnia b. r. l. 4722 w sprawie udziału dziatwy szkolnej w misyach ludowych.** Brzmi on, jak następuje:

C. k. Rada szkolna krajowa uważa za rzecz właściwą, by w naukach misyjnych urządzanych dla ludu brała także udział młodzież szkół ludowych, mianowicie w tych naukach, w których misyonarze uwzględniać będą potrzeby młodzieży wogóle, lub też specyalnie młodzieży szkolnej. W każdym razie wskazanem będzie, aby młodzież szkolna wysłuchać mogła nauk zastosowanych do jej wieku i potrzeb i, o co głównie przytem chodzi, przygotować się należycie do przyjęcia św. Sakramentów.

W zwykłym porządku rzeczy trudno będzie misyonarzom poświęcić specyalnie młodzieży więcej czasu jak półtora dnia, w którym to czasie przez jedną połowę dnia przygotowywać będą młodzież do spowiedzi, w drugiej połowie słuchać będą św. spowiedzi, a nazajutrz rano poprowadzą ją do Komunii św. Wyjątkowo tylko zdarzyć się może, że zechcą w dniu pierwszym wykładać młodzieży jej obowiązki, w drugim dniu odbyć przygotowanie do spowiedzi a w trzecim dniu rano Komunię św. W czasie wspomnianych ćwiczeń duchownych ma być młodzież wolną od nauki. C. k. Rada szkolna okręgowa włoży jednak na zarządy szkół obowiązek, aby przed rozpoczęciem misyi o programie nauk misyjnych od duszpasterzy miejscowych zasięgały informacyi i w sprawie uwolnienia młodzieży od nauki szkolnej odnosiły się do swej przełożonej władzy. Co się zaś tyczy udziału w naukach misyjnych dziatwy z miejscowości inkorporowanych, to wynika z natury rzeczy, że tylko dzieci starsze, mianowicie liczące powyżej 10 lat wieku, mogą brać udział w tych nabożeństwach i ćwiczeniach, jeżeli oddalenie od siedziby parafii nie jest zbyt wielkie i jeżeli się udają w towarzystwie i na wyraźne żądanie swoich rodziców lub opiekunów.

To też należy polecić Zarządom szkół, aby w tych wypadkach nie robiły żadnych trudności i na wyraźne żądanie rodziców lub opiekunów zwalniały starsze dzieci na czas misyi duchownych, urządzanych w kościele parafialnym, od nauki szkolnej i uznawały absencye z tego powodu za usprawiedliwione. Dzieci młodsze mają w inkorporowanych miejscowościach w czasie misyi uczęszczać do szkoły.

L. 415.

Dochody z dzwonka i skarbon są dochodami kościelnymi.

Przypominamy wszystkim P. T. Księżom Proboszczom i Rządcom kościołów, że ofiary wiernych, składane czy to do dzwonka, czy do skarbon, czy na tacki, należy dokładnie w księgach dochodów kościoła notować i Księżom dziekanom z okazyi wizytacyi zapiski te przedkładać.

Ofiary te mają być obracane jedynie tylko na potrzeby kościoła.

Polecenia.

Związek kapłanów pod wezwaniem św. Józefa w Gorycyi, który posiada trzy stacye klimatyczne dla cierpiących i potrzebujących wypoczynku i leczenia kapłanów, a mianowicie w Gorycyi, Meranie i Ice, gościł w swoich sanatoryach w roku 1911 razem 295 księży i 11 kleryków.

Stowarzyszenie powyższe liczy członków 2322 z różnych dyecezyi, pomiędzy nimi z tarnowskiej 10.

W sprawach związku należy się zwracać do Prezesa Związku X. Prałata Jana Wolfa w Gorycyi (Görz).

Towarzystwo ogrodnicze w Tarnowie. Towarzystwo pod powyższą nazwą dąży do podniesienia ogrodnictwa w naszym kraju. W tym celu wydaje dobry miesięcznik „Poradnik ogrodniczy“, członkom daje co roku dwa drzewka owocowe; gdzie jest większa ilość członków, tam jeden sad bezpłatnie zakłada. Wkładka roczna wynosi 80 hal. Ze względu na cel szlachetny Towarzystwo to poleci P. T. Duchowieństwo parafianom, jednak poza kościołem.

Ks. Msgr. Dr. St. Dutkiewicz, profesor seminaryum duchownego w Tarnowie. **Refleksye na tle podróży do Ziemi św.** str. 353.

Książkę tę w 4 rozdziałach z illustracyą kościoła Grobu Chrystusowego na czele, napisaną z wielkim pietyzmem dla miejsc świętych, zroszonych znojem i Krwią naszego Zbawiciela, polecamy Przew. Duchowieństwu jako pożyteczną lekturę.

Erstbeicht- und Erstkommunionuterricht für das III. Schuljahr. Ks. Jan Pichler opracował bardzo zręcznie i praktycznie katechezy, służące do przygotowania dziatwy do pierwszej spowiedzi i Komunii św., które XX. Katechetom i duszpasterzom gorąco polecamy. Są one do nabycia w księgarni nakładowej św. Norberta w Wiedniu.

Ks. Adolfa Albina, prob. w Chełmie, broszurkę p. t.: **„Dobry parafianin“** czyli regulamin praktyk religijnych i zwyczajów katolickich (cena egz. 20 hal.) niniejszem gorąco polecamy P. T. Klerowi parafialnemu jako bardzo praktyczną i bardzo na czasie będącą książeczkę, godną ogólnego rozpowszechnienia.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Instituti: R. Dni Piekarzewski Josephus, Coop. in Przyszowa, ad benef. in Ocieka et Romański Leo, Coop. in Cmolas, ad benef. in Jaślany.

Constituti: R. D. Gutfiński Franciscus, Coop. in Krościenko, admin. vac. benef. ibidem et Kloch Josephus, Admin. in spir. in Tropie, adm. vac. benef. ibidem.

Translati: R. Dni Wielgus Joannes, Admin. in Ocieka, ad Cmolas et Grzyb Michaël, Coop. in Brzeziny, ad Przyszowa.

Pane emeritorum provisus: A. R. D. Kobiela Joannes, Par. in Tropie.

Curant valetudinem: R. Dni Wójcik Franciscus, Coop. in Mikluszowice et Garlik Ladislaus, Coop. in Jurków.


Piis ad aram precibus commendantur:

Anima p. m. Kmak Hedvigis Sophiae, Clariss. Vetero-Sandecen., quae die 14. Januarii pie in Domino obdormivit.

p. m. Wdowiak Josephi, Coop. in Barcice, qui die 3. Martii pie in Domino vita functus est. Societati precum adscriptus.

p. m. Łętkowski Antonii, Par. in Krościenko, qui die 8. Martii a. c. pie Domino animam reddidit. Societati precum adscriptus.

p. m. Grodecki Thomae, emer. Dec. et Par. dioec. Premisl., resid. in Bochnia, qui die 26. Aprilis pie in Domino defunctus est.



Uwaga. Do niniejszej Kurendy dołączamy: 1) **Odezwę dyecezyalnej Rady opiekuńczej nad wychodźcami** i 2) **Directorium Officii divini** na cały miesiąc dla tych Kapłanów, którzy już odmawiają pacierze kapłańskie według najnowszych odnośnych postanowień.

Najbliższa Kurenda zawierać będzie **Konstytucyę apostolską** o nowym brewiarzu i sposobie jego odmawiania wraz z dokładnymi objaśnieniami.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 5. maja 1912.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.

Dyecezalna Rada opiekuńcza dla emigrantów, ustanowiona przez Najprzewielebniejszy Ordynaryat Biskupi (zob. Curr. II. 1912. str. 36.), **zwraca się do Waszej P. T. Wielebności z gorącą prośbą o współdziałanie.**

Wielka liczba emigrantów, rozprószonych wśród obcych językiem i wiarą, pozbawionych przez większą część roku opieki swych duchownych pasterzy, wymaga wielu kapłanów, którzyby swój wolny czas wakacyjny poświęcili sprawie Bożej i zechcieli wyjechać na prawdziwie apostolską pracę. To też kto z P. T. Braci Kapłanów jest w takich warunkach, że może na jakiś czas udać się na misye do naszych wychodźców, zechce się łaskawie zgłosić do podpisanego i dnia 4. czerwca b. r. przybyć do Tarnowa, gdzie w mieszkaniu podpisanego o godzinie 2-iej odbędzie się zebranie informacyjne.

Niełatwo będzie zebrać daty statystyczne, dotyczące emigrantów naszej dyecezyi, gdyż znaczna ich część nie przez koncessyonowane biura, lecz za pośrednictwem prywatnych agentów wyjeżdża za zarobkiem. Więc też Rada opiekuńcza nie ma na razie innej drogi dowiedzenia się, gdzie przebywają wychodźcy, jak tylko przez P. T. Księży Proboszczów. Niektórzy wychodźcy już zapewne listownie uwiadomili swych duszpasterzy o miejscu swego pobytu, o innych można się dowiedzieć w ich gminie rodzinnej. Wykazy emigrantów, podające ich liczbę, miejsce pobytu, parafię, stacyę kolejową, kraj, państwo, prosimy przysyłać pod adresem Najprz. Konsystorza Biskupiego, nawet i częściowo, jeżeli wszystkich odrazu zebrać nie można, gdyż trzeba będzie w czerwcu przeprowadzić korespondencyę z tamtejszymi proboszczami celem wystarania się o jurysdykcyę dla jadących tam księży, a nadto rozdzielić pracę i ułożyć dla nich plan ich podróży misyjnej.

Na Kongregacyach dekanalnych przemawiali wszyscy P. T. Kapłani gorąco za zorganizowaniem duchownej opieki nad wychodźcami, spodziewamy się więc, że powyższe prośby nasze chętnie będą spełnione.

W końcu zauważamy, że kapłani udający się na pracę duszpasterską między wychodźcami mogą liczyć na pewną pomoc materyalną, o ileby nie mogli sami pokryć kosztów podróży.

Tarnów, dnia 9. maja 1912.

Za Radę opiekuńczą:

X. Dr. JÓZEF BĄBA

prezes.

Nakładem Konsystorza biskupiego. Drukiem Zygmunta Jelenia w Tarnowie.

Dyecezalna Rada opiekuńcza dla emigrantów, ustanowiona przez Najprzewielebniejszy Ordynaryat Biskupi (zob. Curr. D. 1912, str. 36), zwraca się do Waszej P. T. Wielebności z gorącą prośbą o współdziałanie.

Wielka liczba emigrantów, rozproszonych wśród obcych językiem i wiarą, pozbawionych przez większą część roku opieki swych duchowych pasterzy, wymaga wielu kapłanów, któreby swój wolny czas wakacyjny poświęcili sprawie Bożej i zechcieli wyjechać na prowadzenie apostolskiej pracy. To też który z P. T. Braci Kapłanów jest w takich warunkach, że może na jakiś czas udać się na misye do naszych wychodźców, zechce się łaskawie zgłosić do podpisanego i dnia 4 czerwca b. r. przybyć do Tarnowa, gdzie w mieszkaniu podpisanego o godzinie 4-tej odbędzie się zebranie informacyjne.

Niełatwo będzie zebrać daty statystyczne, dotyczące emigrantów naszej dyecezyi, gdyż znaczna ich część nie przez koncessyonowane biura, lecz za pośrednictwem prywatnych agentów wyjeżdża za zarobkiem. Więc też Rada opiekuńcza nie ma na razie innej drogi dowiedzenia się, gdzie przebywają wychodźcy, jak tylko przez P. T. Księży Proboszczów. Niektórzy wychodźcy już zapewne listownie uwiadomili swych duszpasterzy o miejscu swego pobytu, o innych można się dowiedzieć w ich gminie rodzinnej. *Wykazy* emigrantów, podające ich liczbę, miejsce pobytu, parafię, stacyę kolejową, kraj, państwo, prosimy przysyłać pod adresem Najprz. Konsystorza Biskupiego, nawet i częściowo, jeśli wszystkich odrazu zebrać nie można, gdyż trzeba będzie w czerwcu przeprowadzić korespondencyę z tamtejszymi proboszczami celem wystarania się o jurysdykcyę dla jadących tam księży, a nadto rozdzielić pracę i ułożyć dla nich plan ich podróży misyjnej.

Na Kongregacyach dekanalnych przemawiali wszyscy P. T. Kapłani gorąco za zorganizowaniem duchownej opieki nad wychodźcami; spodziewamy się więc, że powyższe prośby nasze chętnie będą spełnione.

W końcu zaznaczamy, że kapłani udający się na pracę duszpasterską między wychodźcami mogą liczyć na pewną pomoc materyalną, o ileby nie mogli sami pokryć kosztów podróży.

Tarnów, dnia 8 maja 1912.

Za Radę opiekuńczą:
X. Dr. JÓZEF BABA
prezes.